# INDEX
# PRAELECTIONVM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE AESTIVVM

A DIE IV. MAJI MDCCCII

HABENDARVM.



LITTERIS ADLERIANIS.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 1 of 8

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

# PRAELECTIONES

# PROFESSORVM PVBLICORVM.

## *IN FACVLTATE THEOLOGICA.*

D. CHR. DAV. ANT. MARTINI, Seren. duci regn. a consiliis Consistorii, Theol. P. P. O. *publice scientiam homileticam* praeibit, maxime in usum eorum, qui *Seminarii sodalitio* adscripti sunt, quorum studia quoque et exercitationes porro ex more moderabitur. *Privatis* vero lectionibus h. VII. *disciplinam morum Christianam* tradet, ad ductum compendii *Ammoniani;* h. VIII. *Evangelium Johannis* et *acta Apostolorum* interpretabitur; h. XI. introductionem historico-criticam in libros Vet. Testamenti dabit, duce *Bauero.* — Privatissime selecto auditorum numero *Pindari carmina* enarrabit.

D. WERNER CAROL. LUDOV. ZIEGLER, P. P. O. *Public.* dd. Saturni h. IX—X et X—XI historiam *emendationis religionis christianae* exponet. *Privatim* vero h. IX—X in epistolas Pauli *ad Romanos et Corinthios* commentabitur, et h. X—XI *historiae ecclesiasticae universalis* primam partem enarrabit. Neque iis deerit, qui *theologiam dogmaticam* doceri cupiant.

M. JO. CHRIST. PETERSEN, P. P. O. et ad aedem diui Jacobi Archidiaconus, hor. VII—VIII Theologiam Pastoralem docebit, duce Niemeyer; hor. XI—XII Pericopas Evangel. et Epistol. explicabit, junctis institutionibus homiletico-practicis.



Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 3 of 8

D. SAMVEL GOTTLIEB LANGE, hora XI—XII. *theologiam moralem* et hora II—III. *homileticam* docebit, hora IV—V. *Evangelium Joannis* interpretabitur.

## IN FACVLTATE IVRIDICA.

JO. MATTH. MARTINI, Conſiſtorii Ducalis Director, P. P. O. Patriae iura explicanda hoc ſemeſtri aeſtivo haec ſibi ſumſit

1) publicum praeeunte Hagemeiſtero
2) privatum civile ad propria ſua praecepta
3) ius feudale tum commune tum mecklenburgicum duce Boehmero. Horas ſuo loco tempeſtive indicabit.

D. WALTER VINCENT WIESE, horis IX—X. et XI—XII. continuabit manuductiones practicas duce *Püttero;* hora II—III. explicabit rem iudiciariam Imperii praeeunte *Danzio.*

IO. CHRIST. ESCHENBACH hora matutina VII—VIII. *ius criminale* tradet, et hora VIII—IX. *praecipua* quaedam *Pandectarum capita* explicabit, adhibitis hunc in finem MEISTERI et HELLFELDII compendiis.

D. ADOLPHVS DIETERICVS WEBER per inſtans ſemeſtre aeſtiuum priuatim horis matutinis VIII—IX. *ius criminale* ad G. J. F. *Meiſteri* principia docebit, IX—X. *exercitationes examinatorias* ad Pandectas *Hellfeldii* inſtituet, XI—XII. *inſtitutiones iuris ciuilis Romani*, libellum elementarem *Heineccii* ab *Hoepfnero* editum et limatum ſequuturus, tradet.

D. ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, P. P. O. hor. VIII. *ius canonicum* praeeunte Boehmero et hor. XI. ius *Germanicum privatum* duce Rundio tradet; hor. X. *encyclopaediam iuris* ad filum Hufelandii exponet.

## IN FACVLTATE MEDICA.

D. SAMVEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O., ſemeſtri aeſtivo *Pharmacologiae* explicationem abſolvet.

D. A. G.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

D. A. G. WEBER, Prof. Med. P. O. Facult. Med. h. t. Decanus 1) *Pathogeniam* cum initiis *scientiae* aegritudinum *diagnosticae* et *diacriticae* h. XI—XII. 2) *Therapeutices* tam generalis quam specialis praecepta h. III—IV. 3) *Medicinam forensem* h. V—VI. commilitonibus, quorum his instituti interest, exponenda offert.

D. GVILIELMVS JOSEPHI, Anatom. Chirurg. et Artis obstetric. Prof. P. O. 1) *Artem obstetriciam*, 2) *Chirurgiae alteram partem* publice tradet, et exercitationes clinicas sueto more continuabit; privatim vero *Physiologiam* c. h. exponet.

D. ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE, P. P. O. ob clementissime sibi permissum iter literarium absens, quo minus officiis academicis hoc semestri fungi possit, impeditur.

## *IN FACVLTATE PHILOSOPHICA.*

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, b. c. D. horam IX. elementis linguarum orientalium, quarum optionem amatoribus permittit, destinauit. H. XI. tribus prioribus hebdomadis diebus rem numariam orient. expediet; tribus autem posterioribus numos et monumenta phoenicia, quotquot exstant, quorumque vsus tam in antiqua historia, quam in diiudicando pentateucho ebraico assyriacis et samaritanis litteris exarato haud leuidensis est, curate recensebit.

D. JACOBVS FRIDERICVS ROENNBERG, Moral. P. P. O. nec non Sereniss. Duci Regnant. a Consiliis Aulae per instans semestre aestivum hor. VIII—IX. Philosophiam moral. duce *Dariesio* nec minus secundum principia philosophiae criticae docebit. Hora XI—XII. Jus publ. Meclenburgense, praeeunte *Hagemeistero* explanabit. Hor. II—III. Historiam Imperii German. a temporibus Maximil. I. vsque dum hodie, praelucescente *Püttero*, recitabit. Hora V—VI. more consueto, Collegium Novellarnm continuabit.

M. SAMVEL SIMON WITTE, Ser. Duci regn. a Consiliis aulicis ac Iuris Nat. et Gent. Prof. P. O. per instans semestre aestivum sequentibus vacabit recitationibus. Ante meridiem scilicet hora IX—X. secundum inclyti Immanuelis *Kantii* Metaphysische Anfangsgründe der Rechtslehre *Ius naturale* interpretabitur; ac hora X—XI. eiusdem *Anthropologiam* exponet; post meridiem vero hora III—IV. eodem duce *Logicam* docebit.

GVSTA-

GVSTAVVS SCHADELOOCK, *Phil. Doct. et Math. Prof. P. O.* per instans semestre aestivum tradet *Mathesin puram*, *Geometriam practicam* et *Architecturam civilem*, auctoribus *Karsten*, *Fischer* et *Suckow*. Horas his scholis dicatas tempestive indicabit.

P. J. HECKER, Mathes. Prof. P. O. *publice* calculi literalis et algebrae praecepta, duce Eulero, tradet; *privatim* 1) mathesin applicatam e compendio Karsteniano, et 2) arithmeticam politicam docebit. Ceterum in explicanda analysi finitorum et infinitorum b. Kaestneri perget.

FRANCISCVS CHRISTIANVS LAVRENTIVS KARSTEN, Oec. P. P. O. b. c. D. per hiemem iam inchoatas *Doctrinae Cameralis* et *Architecturae* privatissimas lectiones sedulo continuabit. Nec non hora VIII—IX. *Agriculturae theoriam*, e compendio suo: die ersten Gründe der Landwirthschaft ꝛc. hora X—XI. vero *Encyclopaediam cameralem* in theses a se suppeditandas cupientibus docebit.

GERARDVS PHIL. HENR. NORRMANN, Ser. D. regn. Meg. a consiliis aulae, Histor. atque Polit. Disciplinarum P. P. O. explicabit: publice, die Saturni, h. VIII—IX. *historiam atque statum hodiernum foederis Helvetiorum;* — privatim 1) h. VIII—IX. *historiam universalem*, praeeunte Schlözero; 2) h. VII—VIII. praecipuorum Europae regnorum atque rerumpubl. statum hodiernum, ex breviario Sprengeliano; — privatissime vero sive *Geographiam*, duce Gatterero, sive *maiores rerum conversiones* inde a sec. XV. ad nostra usque tempora, ex Büschii sciagraphia, Geschichte der neuesten Welthändel, tradet.

D. HENR. FR. LINK, Phys. Chem. Bot. P. P. O. 1) *Historiam naturalem* h. XI—XII. publice docebit, 2) *Elementa Botanices*, et *Historiam plantarum Horti botanici et Agri Rostochiensis* h. IV—V. tradet, 3) *Mineralogiam*, h. III—IV. proponet, nec non specimina in collectione propria demonstrabit.

J. S. BECK, P. P. O. 1) Mathesin puram docebit h. VI—VII. 2) Logicam h. VII—VIII. 3) Astronomiam h. XI—XII. ad Kaestnerum exponet.

PRAE-

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

# PRAELECTIONES
# DOCTORVM PRIVATORVM.

## *THEOLOGICAE.*

JOANNES MARCVS CONSTANTINVS TARNOW, Philos. Doctor et Theologiae Baccalaureus, *Theologiam dogmaticam popularem* tradet; et *interpretationem Novi Testamenti* instituet, *junctis observationibus themata ad homilias apta e pericopis eruendi.*

## *IVRIDICAE.*

JO. FRID. THEOD. BVRCHARD, D. historiam patriae docebit.

D. JO. CHR. KOPPE, *Biblioth. acad. Praefectus Duc.* notitiam literaturae omnium iurium, quibus in Germania utimur nec non literaturam scriptorum historiam ac iura patriae concernentium lectionibus privatissimis offert cupientibus.

## *PHILOSOPHICAE.*

M. GEORGIVS LVDOVICVS OTTO PLAGEMANN, Lycei Rostochiensis rector aesthetices praecepta binis per hebdomadem horis tradet.

M. JOACHIMVS HENRICVS LVDEWIG, L. Angl. L. Publ. quinque vel quatuor per hebdomadem horis prima rudimenta linguae anglicae docebit: aliis autem horis profectioribus explicabit scriptorem quendam classicum c. g. Pope, Addison, Yorik sentimental journey, the Vicar of Wakefield &c. Neque deerit iis, qui manuductionem ad historiam imperii R. G. desiderant. De horis his lectionibus destinandis cum Dominis Commilitonibus coram aget.

J. M. C.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 7 of 8

J. M. C. TARNOW, Ph. D. et Th. B. atque ad a. ſ. M. D., *Ius naturale* docebit.

M. J. D. WESTPHAL, Sophoclis aliquot tragoedias, ſi per numerum licuerit, interpretabitur; orationis quoque latinae praecepta inſtitutaque ſcholis eruditorum exhibenda offert.

Mag. A. C. SIEMSSEN, *Oeconomiam* praeeunte Nau et *Technologiam* duce a Lamprecht docebit.

M. JOANNES CHRIST. GVIL. DAHL, horis auditoribus ſibique commodis *publice Antiquitatem Romanam*, potiſſimum lineas ab ill. *Heynio* (Goetting. 1779. 8.) ductas ſecuturus, tradet: *privatim* vero 1) in *Ciceronis libros de Officiis*, 2) in *Pindari Carmina* commentabitur et 3) *ſelecta* ſtili proſaici ac poetici *V. T. capita*, perpetua regularum grammatic. ratione habita explicabit. Nec deerit iis, qui eum *Chreſtomathiam* ſuam *Philonianam* interpretantem audire cupiant. *Privatiſſime* lectiones philologicas inſtituere perget.

* * *

*Bibliotheca academica* et *muſeum* quouis Mercurii et Sabbathi die aperiuntur. *Gallicam*, *Anglicam*, aliasue *linguas exoticas* addiſcendi occaſio haud deficit. Adſunt etiam magiſtri publice conſtituti, qui artem *equitandi*, *ſaltandi*, *arma tractandi* et *pingendi docent*.

PVBL. D. XVI. MART. MDCCCII.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 8 of 8